



Göttingen. Diss. jur. 1800 - 1803.

1800. Breuls, de contractu commissionis ad merces coemendas datae
(vom Commissions-Einkauf-Contrakte).
Dieterichs, Analepta de fructibus ultimi anni, et utrum veteri
utrum novo calendario sint adiudicandi.
Hoch, De differentia inter cambi cessionem et indossationem.
v. Post, De testamentifactione coniugum secundum statuta Bremensia.
Rose, De gemina unionis prolium indole et de iuribus atque ob-
ligationibus, quae per eam ... stabiliri ... dicuntur.
1801. Eichhorn, De differentia inter auctores et arbitros compromissarios.
Hoffmann, De indossatione cambi a iudeo in christianum facta.
Kellinghusen, De crimine homicidii eiusque speciebus habita
relatione inter C. C. C. et statuta Hamburgensia.
Lehmann, De valore principii iuritati insinrandum esse
servandum quod non vergit in dispendium salutis vel
in alterius detrimentum.
Sengebusch, De indole iuramenti diffessionis secundum ius Ger-
manicum commune.
1802. Bormester, De monopolis.
Hartmann, De capacitate feudorum.
Heise^{st.}, De successoribus necessariis.
Heise, F. H., De natura atque indole contractus cambialis.
Martin, De indole contumaciae in causis civilibus contentiosis.
Meyersien, De protestu maritimo. Von der Verklarung.
Rodbertus, De inofficiosi testamenti querela.

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
ANALECTA

179

DE
FRUCTIBVS VLTIMI ANNI, ET VTRVM
VETERI VTRVM NOVO CALENDARIO
SINT ADIVDICANDI

2

QVAM
AVCTORITATE ET CONSENSV

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE OBTINENDIS

DIE XXX MAII c1810ccc.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

E. H. F. DIETERICHS

BREMENSIS.

GOTTINGAE,
IN OFFICINA GRAPIANA.



DISSERTATIO IN VERTICIBUS IN VERTICIBUS

ANALYTICA

DE

TRIGONOMETRIAE VERTICIBUS
VERTICIBUS VERTICIBUS VERTICIBUS
VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS

VERTICIBUS VERTICIBUS



ERNESTO GEORGIO DIETERICHS

COENOBII NEOWALDENSIS PRAETORI

PATRI SVO SVMME VENERANDO

STVDIORVM PRIMITIAS HASCE

D. D. D.

FIGVVSQVE AMORIS ET GRATI ANIMI ESSE IVBET

A V C T O R.



ERNESTO GEORGIO DIEBOLDI

COGNOMINE NEOWALDENSI PRÆTORI

PATRI SVO SVAMME VENERANDO

STVDIVVM PRINCEPS HÆRET

P. D. D.

THOMAS AVONIS ET CLAVI HÆRET

A. V. G. T. O. R.



Etsi insignem TVAM erga me voluntatem & benevolentiam, PATER venerabilis, ab eo tempore, quo natura artificissimo nos iunxit vinculo, tot tantisque officiis & studiis illustrati ut ab nullo alio plura vel sperare vel optare fas esset; egoque, quantum ex iis, quae TIBI accepta gratus refero, colligere possum, recte dubitarem, num me TIBI ullus fuerit carior; etsi hac de re monumentum pietatis gratique animi perenne iam diu exigere potuisti: tamen cur TIBI vel potius mihi non prius satisfecerim, multae fuerunt causae, quas, quoniam ipse nosti, non est quod pluribus commemorem, quum praesertim meae TE imbecillitati ignoturum sim persuasus. Haec vero analecta nomini TVO non potui diutius mihi temperare, quin inscriberem, ad meam gratam TIBIque devinctam mentem palam declarandam,

& TE tanquam exemplum patris benigni qualem TE nunquam non cognovi, aliis nominandum, quod & ego innumera TVI amoris habeo pignora, TV que me in TVIS ideo habere videbaris, quia me, si mihi ipsi adulari licet, ingenuum nec falsis obedientiae coloribus obfuscatum deprehendisti, non quod a me ullam usuram pariave officia, quibus praestandis impar sum, aut tandem, qui ista non eges expectasti. Mihi vero utinam talis esset faciundia qualis est dicendi copia, ut TVA in me promerita pro eo ac par est, omnia percensere atque ornare queam.

Immensum enim quiddam atque infinitum est, quod TIBI debeam. Mihi autem hoc unum solatium est, patrem filio quam facillime indulgere & laudare voluntatem, quum desunt vires.

TE

TE praecipue, *PATER* venerabilis quem crebre in me
facilem animadverti, id & respectu primitiarum *TIBI* obla-
tarum facturum esse dubito nullus.

Avibus enim non sinistris auguror, me ex arcta *TVA*
consuetudine *TVO*que contubernio miram capturum esse uti-
litatem, postquam provida dei cura me post varios casus ad
lares patrios revocavit.

Velit autem numen benignissimum *TE* diu servare
*TVAS*que vires corroborare, *TVAM*que prosperitatem
ac salutem factam *A* florentem tueri, labores *TVOS* fortu-
nare ac efficere, ut *Themidi*, cui sacri sunt illi, universae-
que rei publicae bene consulere possis quam diutissime.

Vale PATER SVMME VENERANDE & favere
perge.

FILIO OBEDIENTISSIMO.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT



P r a e f a t i o .

Pro more vulgari & mihi summos in iure honores ambiens, aliquam scriptiunculam publici iuris facere incumbit.

Et cum, ut omnibus notum, non perfacile sit, invenire materiam de qua nondum sexcenta — bona mixta malis — scripta academica prostant diu & dubius, & anxius haesi quo demum animum converterem. In his angustiis literariis tandem aliquando decretoria fuit in controversia de feudi fructibus ultimi anni, amice mihi communicata sententia a iudicio quodam inferiore (in Duc. Calenb.) lata, & a iudicio aulico quod Hannoverae est confirmata. De his itaque constitueram paulo fusius differrere, ast confluxu plurium causarum quas inter rei familiaris quaedam momenta graviora, prius ad patrios lares quam suspicatus, & quin gratum id mihi eveniret, revocatus, hanc materiam ea qua par est sedulitate & diligentia ad rationem petpendere, & quaelibet digerere, nec temporis angustiae nec praecepta medici,

B

quibus

quibus ob valetudinem parum firmam parendum esse fatius duxi, id mihi modo permittunt. Quae cum ita sint de hac materia quaedam tantummodo analecta notatu, ut opinor, digna proponam, omiffis pro merito omittendis trivialibus, quibus additis utique hoc scriptum & magis corpulentum, eoque ipfo magis speciosum efficere haud foret difficile.

Et quanquam egregia & nova promittere haud possum, quaeque aequus rerum aestimator, finitis vix studiis academicis, hic non expectabit, omnibus tamen viribus contendam, ut unum alterumve haud spernendum inveniatur. Quod si tamen nihil ominis omnia me fallant, & quaeque hic dicta lectori vilia, nec satis digna specimine academico videantur, perpendat, quod errare humanum sit, quod ego homo sim & nihil humanum a me alienum putem. Tunc vero hoc unicum.

VOLVISSE SAT EST
SOLATIO MIHI SIT, MIHI NON INVIDEAT.

SE-

SEDES MATERIAE ET CONTROVERSIAE EST

II FEVD. 28. §. 2.

qui textus haec habet:

His consequenter dicitur, quodsi vassallus decedat sine herede masculino, & contingat feudum ad dominum reverti, sic distingitur; quodsi ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad dominum pertinebunt. Si vero post calendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus qui interim percipiuntur ad heredes vassalli pertineant. Si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. — Quidam tamen dicunt quocumque tempore anni decedat, omnes fructus ad dominum pertinere. Quae ultima, ut inepta profecto legis appendix, tempore legis latae omnia admodum incerta fuisse, iam satis produunt.

Qui textus, & diversissimis acerrime agitis contro-
versis anam praebuit, de quibus ut extra scopum disserta-
tionis huius positis & quasi exoticis, hic igitur respectu copiae
côntroversiarum paucis tantummodo agendum.

STUDII UNIVERSITATIS ET CONTROVERSIAE 1817

H. P. 1817. 28. 2.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

1817. 28. 2. C. A.



C A P V T I.

DE CONTROVERSIIS EX IPSO TEXTU II FEVD. 28.

§. 2. ORTIS.

§. 1.

Fructus ultimi anni definiuntur: quod sint vel ipsa corpora fructuum, vel ius percipiendi omnia commoda & emolumenta, quaecunque ex re, vel occasione rei provenientia, quatenus eo, quo finitur ius perceptionis, uno anno supersunt vel in solidum vel pro rata temporis.

Causa proxima iuris percipiendi fructus quorumcunque annorum, ita etiam ultimi anni est vel

1) ipsa lex — ut ius mariti percipiendi fructus dotales — vel

2) voluntas constituentium. Haec voluntas vel expresse constituit ius percipiendi fructus v. g. Si cui usufructus constituatur, qui sua natura est ius utendi fruendi, vel tacite, mediante alio iure constituto ex quo fructuum perceptio fluit, quae singula hic recensere nimis longum foret.

§. 2.

Ratione horum fructuum hic primo controvertitur; utrum textus II Feud. 28. §. 2. qui tantum de eo casu quo feudum domino directo fit apertum expresse loquitur, etiam de illo casu sit intelligendus quo feudum ad agnatos pervenit, quod ultimum utique affirmandum credo. Nam aequitas quae totius dispositionis fundamentum est, profecto adhuc a fortiori consideranda venit, si feudum ad agnatos devolvitur quam si domino fit apertum; quia ab ipsis agnatis vasallus nullum beneficium accepit uti a domino directo; consequenter nec tam benigne cum agnatis procedendum esset, & cum consanguinitatis vinculo defuncto vasallo insuper coniuncti sunt, etiam liberalius quam directus dominus cum heredibus defuncti vasalli — personam saltim, si non etiam cognationem repraesentantibus — procedere debent.

Dicunt quidem adversarii Text. II. Feud. 28. §. 2. expresse loqui de casu quo feudum ad dominum directum revertatur, quod ultra expressum in lege casum, non posset extendi ad illum, quo ad agnatos devolvatur. Sed negatur consequentia & illatio quod sit extensio; sed est virtualis comprehensio, quia eadem & adhuc maior ratio militat respectu agnatorum, quam respectu domini directi, ergo etiam idem ius statuendum est, ne alias absurdum aliquod eveniret.

§. 3

Dispositionem Text. II. Feud. 28. §. 2. itaque non solum de casu quo feudum ad dominum directum, sed etiam de eo quo ad agnatos devolvitur, imo de illo, quo vassallus plane nullos heredes allodiales, aut — quod non raro contingat — eo plures creditores relinquit, intelligendam esse nullus dubito. Nam creditores ex fructibus quos heredes allodiales — si quos habuisset vassallus — accepturi fuissent — solutionem petere posse ex eo liquet quod hi fructus ad allodium defuncti vassalli pertinent ex quo ipsis satisfieri debere, expediti iuris est. Et si etiam defuncti sine heredibus vassalli hereditatem, ut bonum vacans, velocissime Fiscus occuparet; attamen & hic, & quidem summo ipsius fastidio, non nisi omni deducto aere alieno, quidquam potest ex inde lucrari.

§. 4.

Alia controversia haec est — an pensiones sub fructibus contineantur — quod tamen exinde iam omni dubio careere existimo, quod pensiones ex praediis rusticis solvendae surrogentur in locum fructuum, & solvuntur pro facultate percipiendi fructus, quae semel tantum in anno existit, consequenter tanquam aliquod surrogatum sapiunt naturam eius, in cuius locum surrogantur. Quid quod iam ex definitione fructuum (§. 1.) hoc certo certius evincitur. Si vero pensiones

siones ex praedio urbano adhabitandum, non vero ad fructus colligendos exstructo debentur; heredibus allodialibus adjudicandae forent pro rata temporis quo vasallus vixit, quia hae non ut fructus semel in anno existunt, sed de momento in momentum percipiuntur.

§. 5.

II Feud. 28. §. 2. mensis Septb. ut terminus ad quem constituitur. Sed quid si fructus tardius maturescant, quis nam eos percipiat?

Cum ratio cur (cit lo.) mensis Septb. ut terminus ad quem constituitur, meo iudicio nulla alia si, quam quod in Lombardia, ubi iura feudalia primum acceperunt exordium, procul dubio omnes fructus propter regionis calorem citius maturescant & colligantur, ibique igitur mensis Septb. terminus ultimus fuerit, quo certissime omnes omnino fructus & maturi erant, & forsan collecti; ratio autem, quae & anima legis dicitur, plus valeat quam verba legis, etiam in aliis provinciis, recepto iure longobardico ad maturitatem omnium fructuum erit respiciendum, ergo & fructus tardius maturescantes heredes allodiales consequentur.

§. 6.

Quod vero ad fructus pertinet qui bis in anno percipiuntur ut lana &c. vel spatio anno maiori v. g. biennii vel triennii

ennii uti silvae caeduae vel piscinae &c. quidam affirmant tale temporis spatium vel anno minori vel eodem maiori, instar unius anni deberi computari, quae tamen computatio vix approbari poterit — quomodo enim quaeso, in his terminos illos legales scil. calend. Mart. & ultimum Aug. ita statuere velis, ne contra rationem legis peccetur?

Quamquam plures Ictos in materia de fructibus ultimi anni, per annum non praecise spatium 365 dierum, sed quodlibet, sive maius sive minus intra quod certi fructus semel producantur, intelligere; negari nequit.

§. 7.

Quare iura feudalia computationem & distinctionem temporum percipiendi fructus ita ordinaverint, ut terminum respective a quo & ad quem calend. Martii & ultimum Augusti statuerint, nullam aliam rationem invenire possum, quam longobardos aequissimum iudicasse, cum a Septbri usque ad Martium non appareret nisi nudum solum & fructus inter viscera terrae laterent, omne inter viscera terrae existens, una cum solo tanquam pars soli ad directum dominum redire debere; si vero usque ad Martium vitam vasallus degerit, quia fructus dum essent extra viscera terrae, vel saltem visonis proxima spes adesset, praesumendum esse, quod ex cultura vasalli provenerint, ergo etiam aequum esse eos heredibus

C

allo-

allodialibus vindicari & adiudicari. Sed quaeso — si vassallus omnia quae agrorum cultura pro futura messe exposcit, observaverit & strenue perfecit — licet fructuum nihil adhucdum visum est — nonne etiam praesumendum est, fructus exinde nascituros esse?

Itaque allegata ratio mihi minime adaequata & genuina videtur — an forsitan nulla potius subesset ratio?

Est proh dolor ea fors mortalium, ut si ad rerum ex observantia vel sine omni intentione successu temporis enatarum, rationes inveniendas omnem lapidem movent, in absurda labi, non raro eveniat.

§. 8.

Quodsi de ipsis fructibus heredibus allodialibus adiudicandis nulla quaestio est, etsi heredes vero solae filiae defuncti sint ad quas omnes fructus mortuo post Martium vassallo illius anni spectant, & consuetudo simul vigeat ut agnatus, vassalli relictas filias, teneatur alimentare vel etiam dotare — quaeritur num hic filiae fructus illos sibi solis retinere possint, & agnatus nihil ominis illas ex consuetudine alere teneatur? — id quod affirmandum ideo existimo, quia alimentorum praestatio ex consuetudine — quae ultra quod legis vim habeat a) ex capite feudi quaesiti satis rationabilis est — dependet b).

§. 9.

§. 9.

II. Feud. 28. §. 2. statutum est; quod defuncto post Calend. Mart. vasallo omnes fructus ad heredes allodiales pertineant; si vero antea, ad dominum directum vel agnatos;posito vero vasallum pensiones &c. ex praediis rusticis praenumerando percepisse, & ante Calend. Mart. decedisse, possuntne agnati vel dominus directus omne id quod praenumeratum est repetere? — Si verum est, quod etiam vasallus percipiendo fructus faciat suos — pensiones in locum fructuum surrogantur (§. 4.) & praenumerare perinde ac praenumerata acceptare nullibi sit interdictum; non video, quo iure praenumerata repetere, aut altera vice a praenumerantibus exigere quis possit.

§. 10.

Unius tantummodo controversiae circa fructus ultimi anni, & quidem raritatis causa adhuc paucis mentionem faciamus. Equidem non superfluum putamus huc referre, quod quidam Icti — quorum sententias praecellentes (prospera eorum fortuna) sine nomine invenimus — ex eo quod

II.

a) L. 32. D. de LL. & L. 2. C. quae fit longa consuet.

b) In Marchia Brandenburg. etiam filiae nobiles amplissimum allodium habentes ex feudo dotandae sunt Teste BRVNNEMANN ad Lun. C. de R. U. A.

II. Feud. 28. §. 2. dicatur: *Si vero post Augustum (decedat) omnes fructus anni percipiet dominus* affirmare non erubescant, hic etiam intelligi fructus anni praeteriti, quos heredes allodiales accepturi fuissent, si forsan mense priore mortuus esset, eodem vero in antecedentibus dicitur: si vero post Calend. Mart. usque ad Augustum (decedat) omnes fructus qui interim percipiuntur ad heredes vasalli (allodiales) pertineant — ratio — quia curae & operae fructuum causa susceptae iamiam sunt per actae — ergo tanquam praemium laborum accipiunt, sed haec ratio mense Augusto respectu fructuum illius anni adhuc a fortiori militat, quam mense Martio.

Quo infelici Marte ergo isti Icti innominati artem interpretandi addidicerint; Apollo cognitum exploratumque habeat.

Caeteris controversiis circa fructus ultimi anni in genere hic, non ulterius immoremur, sed ad Caput secundum proprium dissertatinnis scopum transeamus.

CAPVT II.

VTRVM FRVCTVS VLTIMI ANNI VETERI VTRVM
NOVO CALENDARIO SINT ADIVDICANDI.

§. 1.

Iamiam saeculo decimo sexto, & decimo septimo cognoscebatur, calendarium vulgare non amplius cursum solis legesque motus lunaris aliorumque corporum coelestium accurate observare, & plura mathematicorum rationum vitia c) continere, magnamque perturbationem id in omnibus fere vitae negotiis afferre, & successu temporis maiorem semper allaturum esse. Quibus intellectis multoties de emendando calendario multifarie & cogitatum & actum est, quae tamen studia plerumque successu felici caruere, cum ne quidem in conciliis — quo res perducta — sanctorum patrum ingenio, adiuvante spiritu sancto res perfici potuerit.

§. 2.

e) Quae patent ex Scaligeri de emendatione temporum eslencho anni Liliiani annexo commentario in canonem paschalem Hippolyti.

Sed cum, hic omnia calendarii fata eiusdemque emendationem antecedentia, concomitantia, & subsequenta, uti & arrogationem Papae, altercationesque inter ipsum & protestantium principes germaniae prolixè recensere, & dissertationis huius fines egredi & superfluum esse sibi persuasus; praeterea cum ea omnia citato loco d) magno cum studio elaborata & optime congesta inveniuntur; hic monuisse sufficiat: Gregorium XIII. pontificem romanum an. 1582. suum calendarium proprio nomine, toti orbi christiano sub specie legitima potestatis ad observandum obtrudere omnem operam navasse, protestantium vero principes assumptionem, ne iura sua exinde quid caperent detrimenti, masculè renuisse, eosque tamen, etsi demum an. 1699. eo convenisse ut XI dies calendario, & quidem an. 1700. (qui erat annus bissextilis) post d. XVIII. Feb. subtraherentur, e) ita ut post d. XVIII. Feb. statim primus Mart. numeraretur.

Hoc corporis evangelicorum votis unanimibus introductum calendarium a gregoriano distinguendi causa nominatur: Der neue verbesserte Reichskalender.

d) BRUNNEMANNI dissert. iurid. de iure XI. dierum calendario subtrahatarum,

e) Vid. conclusum corporis Evangelicorum de XXIII. Sept. 1699.

§. 3.

Quot & quantae controversiae ex hac XI dierum ablatione oriundae sint, primo obtutu vix est credibile. Si vero capita iuris sequentia

- 1) de praescriptionibus
- 2) de restitutione minorum
- 3) de maiorenitate
- 4) de usuris
- 5) de matre intra annum non petente tutores pupillo
- 6) de anno luctus
- 7) de feudo intra annum revocando
- 8) de vafallo ante Martium decedente, aliaque per multa, in quibus computatio temporis consideranda venit, paulo accuratius perpendamus; computationem temporum per totum iuris ambitum sese diffundentem, valde alterari & turbari necesse esse, facile erit intellectu.

§. 4.

Ex his omnibus controversiis ultimam tantummodo paulo uberius considerandam & ideo elegi, quia reliquae plurimae tantummodo eo ipso tempore quo ablatio XI. dierum fieret, usque ad illum diem, vel mensem, vel etiam annum — quo praescriptio v. g. finita — aut aliud ius vel adquisitum vel amissum diceretur — paucis; semel tantummodo oriri poterant;

poterant; haec vero in infinitum quamdiu iura feudalia servantur, & legislatoribus eam norma praescripta decidere non placuerit, duraturam esse affirmatur.

§. 5.

A principum seu legislatorum voluntate dependere, principali authenticaque auctoritate decidere, an hos XI. dies e calendario veteri eiectos, adhuc in quaestionibus ex inde oriundis observandos & connumerandos velint nec ne, communiter quidem asseritur; sed mihi verius & rationi magis consentaneum esse videtur, votis unanimibus principum novo introducto calendario — quod sine dubio ex omnium principum consensu legis generalis germaniae vim habet — eos principali authenticaque auctoritate iam decidisse, hos XI. dies in posterum non connumerandos velle — sed eos, cum ipsis placuerit annum 1700. diebus XI. truncare, tacite inuere pro pleno ac civili anno hunc habendum velle (licet a die XVIII. Febr. 1700. usque ad eundem diem anni 1701. spatium tantum, anno XI. diebus minus efficiat) ergo etiam annus principum voluntate XI. diebus truncatus, omnibus effectibus gaudere debet qui alias anno legali tribuuntur. Quilibet enim sane legislator huic vel illi temporis spatio effectum adsignare potest moralem. Ad quid quaeso etiam, omnia illa molimina ex studia introducendi novi & emendati calendarii, si in rebus maximi momenti v. g. iustitiae, compu-

computatio temporis secundum vetus, mensis, omnibus notis, scatenens calendarium — quod iam tempore emendationis magnam in omnibus fere vitae negotiis, & in ipsa temporis computatione perturbationem attulisse, & annuo crescentem allaturum esse, ad unum omnes confitebantur — fieri debeat & dies eiectionis nihilominus sint connumerandi!

§. 6.

Ad hoc accedit, quod si concedamus adhuc a cuiuslibet legislatoris libero arbitrio dependere, an XI. dies eiectionis adhuc observandi & connumerandi sint nec ne, praescribere; plures circa feuda eveniant casus, quos pro suo arbitrio decidere nequit princeps. Quamvis enim si a principe illi XI dies aut admissi aut reprobati sint, quoad subditos parendi lege obstrictos nulla adsit difficultas; sat intricata tamen foret quaestio, si inter diversorum statuum subditos — aut inter subditos (vassallos) unius & principis (domini directi) alterius territorii quaestio occurreret. Cum enim principes diversorum territoriorum, eatenus & hic iure naturae tantummodo reguntur, ut nullus alteri quid observandum praescribere possit; nihil restaret quam ut amica pactione demum convenirent. Ast quid! si unus hanc amicam conventionem oblatam, aut lucri, aut aliarum rationum politicarum aut demum solius obstinati animi — qui non semper abest a principum personis —

D

causa

causa respuat? Rebus infectis disceditur, quo, si litium copia non augetur, certe non minuitur. Haec omnia evitantur si Thesis vindicetur: *unanimibus principum germaniae votis facta novi & emendati calendarii introductione, principes simul perspicue satis declarasse, quod in omni temporis computatione non amplius vetus vitiosum, sed novum emendatum calendarium sit sequendum.*

§. 7.

Posito nunc vero, minime autem concessio, decisionem adhuc a cuiuslibet legislatoris libero dependere arbitrio, hucusque tamen nihil ab ipso esse constitutum; sed aequo animo constitutione illa feudali II Feud. 28. §. 2. acquievit — & in hoc casu calendarium novum emendatum sequendum esse, ex rationibus insequentibus crediderim.

§. 8.

Ut vero pro novo calendario sequendo, adducendae rationes eo magis elucescant, periculum faciamus, an quae militent pro veteri calendario vitioso — & hic ex intimis cordis visceribus confitemur, nihil aliud invenire potuisse quam id:

„Libri feudorum simul cum receptione corporis iuris romani, cui annexi erant (in complexu) — a libro I. usque ad
Tit.

„Tit. 57. lib. II. inclusive! — recepti, sunt & legis obtinere valo-
 „rem, quem eousque retinebunt, donec probetur quid nova
 „constitutione ex ipsis sit mutatum — nunc vero leges feudales
 „latae sunt habito respectu computationis temporis veteris ca-
 „lendarii, ergo in quaestionibus ex eo iure decidendis, deci-
 „sio non nisi itidem habito respectu computationis temporis
 „eiusdem, ut ut vitiosi, calendarii fieri potest, paucis: ius feu-
 „dale est ius positivum receptum — ergo valet“. Quamvis
 ab antiquariis haec ratio magni ponderis, inviolabilis, &
 sancta reputatur, philosophi tamen inquirent, in quot, et quan-
 ta sanae logices postulata isto syllogismo peccetur! & ea tan-
 tum de quibus & profano iudicare licet, pro scopo huius dis-
 sertationis hic afferre sufficere existumo.

§. 9.

Verum quidem est, quod libri feudales cum corpore
 iuris rom. recepti sint, ideoque ius commune constituent,
 & qui textum, ex eo quod est receptum, allegat, fundatam
 habeat intentionem, sed etiam certo certius est, omnes leges
 peregrinas tantummodo iu subsidium esse receptas, & in
 quantum ad nostram constitutionem & clima quadrant, qui-
 bus quodcunque patrium institutum — qualis etiam emendatio,
 calendarii & emendati introductio est — sine dubio praefe-
 rendum esse, nemo qui non iusto magis vetustatis assecla est,

negabit. Quod etiam eo respectu dubio caret, cum, omnibus omnium principum votis introductum calendarium, legem computationis temporis generalem in vita communi constituere, & quidem respectu legislationis feudalis longobardorum, legem noviore; nullus aequus rei aestimator inficiabitur; nunc vero iam valde vetusto brocardico, lex posterior semper derogat, & praeferenda est priori. Atqui — ergo.

§. 10.

Quod vero eam propositionem attinet; est ius positivum receptum, ergo valet; eam plus iusto, atque virtute logices principii, nihil probare mihi videtur. Nam haud difficile foret, non solum in corpore iuris sed quod multo magis est, etiam in sacris litteris multa positiva eaque perelegantia invenire, quibus nos etsi v. g. solius differentis climatis causa, adhucdum teneri minime concedemus. Sic v. g. magnus ille legislator Moses climatis causa populo suo interdixit carnem porcinam comedere, quod praeceptum apud nos quotidie contrarium agendo, ludibrio habetur; omne igitur positivum quod se fundat in speciali quo instituto &c. quod apud nos deficit, apud nos quoque si sanae rationis dictamini obtemperemus, applicari non posse in aprico est.

§. 11.

Durum enim profecto esset, si ex receptione legis cuiusdam, etiam cognitis eius absurdis, ad eiusdem observacionem

nem

nem adhuc essemus obligati; nunc vero inter omnes constat, vetus calendarium, consequenter & ea omnia quae ad eius temporis computationem constituta sunt, in calculo valde erronea fuisse, qui novo & emendato calendario correctus est, nunc cuiuslibet prudentiae, & arbitrio relinquimus an erroneum, an emendatum sequi satius duxerit.

§. 12.

Pro computatione temporis novi calendarii etiam hoc militat, quod nequaquam historice certum sit, longobardos calendarium sic dictum *Iulianum* habuisse, forsitan suam sibi propriam temporis computationem habuerunt; nam nomen *Calendae Martii*, quod in illa constitutione II. Feud. 28. §. 2. occurrit, minime probat calendarium *Iulianum* habuisse, alias idem nomen etiam apud nos usitatum, idem quoque apud nos probare deberet, quam tamen probationem falsissimam esse quilibet agnoscit.

§. 13.

Si quis vero §. antecedenti dicta, forsitan non adeo stricte pro computatione temporis novi calendarii probantia reputaverit; sequentia animo perpendat; ratio constitutionis II. Feud. 28. §. 2. cur heredibus allodialibus fructus ultimi anni addicuntur, si vasallus usque ad calend. Mart. vixerit,

D 3

omnium

omnium consensu, haec est: *ut fructus tanquam praemium fructuum causa mense Martio iam peractarum operarum, accipiant* — quod & praeceptis iuris naturae:

- 1) neminem cum alterius damno esse locupletandum,
- 2) suum cuique esse tribuendum; maxime consentaneum est, praesertim cum illi, qui modo de feudi proven-
tibus participare desinunt, deterioris conditionis sint, quam illi qui feudum modo acquirunt — Ast nunc qui-
libet paulo attentius secum animo volvat velim, quod ratio calendarii veteris ita fuerit comparata, ut successu temporis eiusdem calendarii calendae Martii in mensẽ Jul. aequè ac mensẽ Decebr., nostri calendarii aliquando potuerint incidere — nonne hic plane evanes-
cit modo allegata, a calendis Martii deducta ratio? —

§. 14.

In quibusdam territoriis exstant quidem constitutiones speciales, quasdam tantummodo ex ablatione XI. dierum oriundas controversias decidentis, quae, quot vidi omnes calendarium novum sequendum statuunt, v.g. in terris Brunsv. Luneburg. exstat edictum de 30. Apr. 1700. f) & declaratio eiusdem de 21. Febr. 1701. quo expresse haec continentur:

Dasf

f) Tom. III. Confit. Calenb. Nro. 146.

Das in Ansehung der Hut und Weide, mit Betreibung und Zuschlag der Felder und Wiesen auf den alten Iulianischen Calender gar nicht weiter Rücksicht genommen werden soll, sondern ganz allein auf den neuen verbesserten, und das alles dasienige was vorhin in Ansehung der Hut und Weide auf einen bestimmten Tag — z. E. den 1ten May — des alten Calenders geschehen, dieses auch auf eben den Monatstag des neuen Calenders geschehen solle.

Nunc quidem a singularibus ad universale non valere consequentiam, non habeo incompertum; sed cum plures plurium territoriorum eiusmodi constitutiones speciales habeantur quae expresse calendarium novum sequendum statuunt, & ne ulla forsân quae calendarium vetus servandum vult, liceat reperiri; probabilitatem saltem — quum ubique legislatores illud sequi, rationi magis consonum reputaverint quam istud — revera etiam rationi convenientissimum esse, quod quilibet ratione utens semper & ubique indistincte servabit, exinde deduci posse crediderim.

§. 15.

II Feud. 28. §. 2. contentam dispositionem cum nostro climate & agriculturae ratione ipsa, minime congruere arbitror;

bitror; nam illius dispositionis — quod scilicet heredibus allodialibus fructus ultimi anni addicantur, si vassallus usque ad calend. Martii vixerit, rationem esse dicunt — uti iam saepius dictum — quod mense Martio plurimae operae quas agrorum cultura exposceret iam essent peractae — Nunc vero apud nos, uti inter omnes constat, potiores operae, agrorum culturae iam mense Septembri vel certe Octobri peractae sint necesse est: deducta igitur ex II Feud. 28. §. 2. ratio apud nos quoque quadraret si mense Novembri vassallus decederet — quia fructus sint praemium laborum.

§. 16.

Et si quis haec omnia huc usque dicta, pro novo calendario indistincte sequendo insufficientia iudicaret, id ad huc perpendat; emendatione calendarii, e veteri calendario eiectos XI dies, inde ab eo tempore quo longobardi II Feud. 28. §. 2. Calendas Martii huic negotio decidendo praefiniverunt, primum calendario accrevisse, ex computatione veteris calendarii verisimillimum est. Quum ergo tot dies novo computo detracti, quot ex eo tempore accrevere, status coeli & sic quoque agriculturae ad idem tempus reducitur quod longobardi hic observandum statuerunt. Novum itaque calendarium longobardorum iuri quam maxime conveniens esse nullus dubitabit.

Quo

Quo ultimo demum & cum illis, qui alias quidquid novi respuunt & detestantur, congruere, me que illis reconciliari, sum persuasus, nam ipsis non potest non placere, cum novo antiquum, tam amice hic invenire coniunctum.

§. 17.

Nunc ad finem huius qualiscunque scripti properantes, coronidis loco illam ipsam sententiam cuius in praefatione mentionem fecimus, hic afferre, vel ideo incongruum non ducimus, quoniam Ill. SENKENBERG citato loco g) dicit: in terris Brunsv. Luneburg. circa fructus ultimi anni omnia incerta, incerto iure regi, & cancelariam quae Hannoverae est, uno eodemque anno modo sic, modo aliter pronunciaffe, modo in adiudicando fructus ultimi anni ius germanicum, modo ius longobardicum feudale secutam esse.

Sententia haec est.

Da II Feud. 28. §. 2. ganz bestimmt gesagt wird, das wenn der Vasall ante calendas Martii versterbe so dann die folgende Erndte den Lehnerben gehöre: so ist Bekl. da seinem eigenen Geständnisse nach weiland A. R. von dessen *Lehn-Erbchaft* die Rede ist, nach dem römischen Calen-

g) In disquisitione de feudis Brunsv. Luneburg §. 50.

Calender welcher in diesem Gesetze von dem Gesetzgeber, und nicht der lange nachher eingeführte allgemeine Reichscalender ist zum Augenmerk genommen worden, ante calendas Martii gestorben ist — Die Lehnländerei dem Kläger der dagegen vorgebrachten Einwendungen ohngeachtet so fort abzutreten schuldig; jedoch werden die auf diesen Proceß verwendeten Kosten aus bewegenden Ursachen gegen einander compensirt und aufgehoben.

Haec sententia iudicis inferioris a iudicio aulico quod Hannoverae est confirmata, nullo ulterius — ob deficientem summam appellabilem — interposito remedio, in rem abiit iudicatam. An vim observantiae vel praeiudicii ex inde deducere liceat experientia docebit.

ERRATA.

OBVENIENTIA IN Cap. I.

- pag. 1. in Dedicat. lin. 4. lege *illustrasti* loco *illustrati*.
 pag. 2. in Dedicat. lin. 8. lege *facundia* loco *facuudia*.
 pag. 3. in Dedicat. lin. 10. lege *sartam* & *florentem* loco *sartam A florentem*.
 pag. 10. in praef. lin. 16. lege *perpendere* loco *petpendere*.
 pag. 13. in §. I. lin. 6. lege *percipiendi* loco *petcipiendi*.
 pag. 16. in §. 5. lin. 5. lege *sit* loco *si*.
 pag. 17. in §. 6. lin. 5. lege *debere* loco *deberi*.
 pag. 17. in §. 6. lin. 11. lege *fructus* loco *fructns*.
 pag. 20. in §. 10. lin. 23. lege *dissertationis* loco *dissertatinis*.

Cetera lector benevolus ipse corrigat.

s. b.

ULB Halle 3
002 692 058





Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

TIO INAVGVRALIS IVRIDICA
ANALECTA

179

DE

ULTIMI ANNI, ET VTRVM
RVM NOVO CALENDARIO
NT ADIVDICANDI

2

QVAM

CTORITATE ET CONSENSV

TRIS ICTORVM ORDINIS

PRO

N VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE OBTINENDIS

IE XXX MAIL clocccc.

VDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

F. DIETERICHS

BREMENSIS.

GOTTINGAE,

N OFFICINA GRAPIANA.